



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 40. Cardinalis Coscia publice inquisitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

## §. XXXIX.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1731.*Diffidia cum Lucernensibus plene  
composita.*

**I**nter alia præclara, quibus Clemens  
Papa Pontificatum suum illustrabat,  
merito recensenda venit plena reconci-  
liatio Lucernensium: Hi enim paternis  
ejusdem monitis ac expositis rationum  
momentis acquiescentes edictum suum  
contra immunitatem Ecclesiasticam  
promulgatum revocabant: vicissim vero  
Pontifex Dominicum Passioneum Sedis  
Apostolicæ Nuntium Altorfio, ubi per  
aliquot annos morabatur, Lucernam  
redire jussit, utque luculentius adhuc  
sinceræ amicitiae testimonium huic  
Reipublicæ daret, Eundem Nuntium  
suum Romam revocavit, quem etiam,  
Grimaldo Viennensi Nuntio ad Pur-  
puram evecto, Viennæ in Cæsaris Aula  
Pontificium nominavit Legatum. Hic  
vero, cum die nona Maij ex Helveticis  
Alpibus adventasset, summo honore  
in Imperatoris Aula exceptus est.

## §. XL.

*Cardinalis Coscia publice inquisitus.*

**I**nterim Romæ indies magis invalesce-  
bant publicæ criminationes adver-  
sus

Sæc. XVIII.  
A. C. 1731.

sus eos, qui nimia Pontificis defuncti  
benevolentia abusi, tam ærarium Pon-  
tificium, quam Romanum populum  
variis exactionibus exhaustaverant. Ter-  
culpæ moles rejiciebatur in Cardina-  
lem Cosciam; nec immerito; Hic enim  
Sanctissimo Pontifici simulata sua pie-  
tate per plures annos turpiter inopi-  
suit, & vitio Principum clientibus in-  
tato, unice corradendæ pecuniæ inter-  
tus, sacra & profana suo nutu & ar-  
bitrio rexit, & ferme omnia foedissima  
mercata venalia exponere non erubuit.  
Hæc sibi probe cognita habebat Cle-  
mens XII. adhuc Cardinalis; quocirca  
ipso statim Pontificatus initio in omni-  
male administratæ Reipublicæ rebus  
inquiri iussit, ac præprimis vix abso-  
lutis sacris comitiis, Cardinali Coscia  
præcepit, ne ante quartam Augusti  
diem e Palatio Vaticano discederet.  
Paruit ille, evoluta tamen termino  
Neapolin professendi facultatem peti-  
tiit, qua ei denegata, insuper Romam  
excedere, aut ulli Patrum cætui in-  
teresse inhibitum, simulque mandatum  
est, ut præcipui ejus Domestici, atque  
inter illos Isoldus ejus Auditor cultor-  
diæ darentur, ceteris officio motis.  
His ita dispositis in jus vocandus erit  
Coscia, de pecuniis repetundis postu-  
landus. Huic igitur judicio Pontifex  
die

Sæc. XVIII.  
A. C. 1731.

die octava ejusdem Mensis specialem præstituit Congregationem, quæ nunc *de causa nota*, jam *super nonnullis* vocabatur: Constiterat illa sex Cardinalibus, Ludovico Pico, Renato imperiali, Petro Corradinio, Leandro Porzia, Antonio Banchiero, & Nereo Corsinio, Viris integerrimis, ac boni & æqui studiosissimis. His Pontifex a secretis esse voluit Dominicum Cæsarem Fiorellium Cameræ Apostolicæ Auditorem. Porro speciali decreto hisce Cardinalibus plenam dedit potestatem & mandatum, ut quoscunque turpis questus, injustitiæ aliorumque criminum sub defuncti Pontificis regimine perpetratorum reos vel ipsimet deprehenderint, vel per accusationes & testium depositiones coram quolibet tribunali Sacro vel profano delatos noverint, in jus vocarent, & pro merito culpæ castigarent. Promulgato hoc decreto non pauci, quos mens male libi conscia redarguerat, clam Urbe excesserunt, quos inter primus fuisset Coscia, nisi fugam excubitorum vigilantia præpediisset.

## §. XLI.

*Prima sententia in Cosciam Cardinalem pronuntiata.*

Habi-